



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Imbecillitas humana.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Imbecillitatem humanæ vitæ Sacerdotes Aegyptii nullo significantiore ostendebant hieroglyphico quam cardui flore figurato, quem Græci *Συδάμιος* vocant. Unicaulis enim carduus simulae scolymo in calicem apparuerit, florem purpureum mittit inter medios aculeos celeriter confescentem, & abeuntem cum aura; perinde ac spes nostræ plurimum evanescent, & minima quoque de causa homines plerumque exanimantur.

MORBI. CAP. XVI.

SI vero morbos, quibus plurimum tentatur affligiturque humanum genus, significare voluissent, Fremi fecissent flores; vel quia rerum natura flores odoresque de die in diem gignit, magna hominum admonitione, quæ spectatissime florent, evestigio marcescere, & ut apud Eliam est: *Omnia caro fœnum, & omnis gloria eius flos agri*: sive ut Cyprian. reddit, *omnis eius claritas, ut flos fœni*: simulae enim fœnum aruit, decedit & flos: id quod fatidicus etiam Rex lamentatur, cum olla sicut fœnum aruisse clamat, Vel quia tradunt Magi, colligi anemonas (sic enim Græci vocant) tertianis & quaternis remedio, postea alligari florem panno rosco, & in umbra asservari, ita cum opus sit ad alligari. Florem hæc habet aut phœnicum, aut purpureum, aut lacteum, qui se nunquam aperit, nisi vento spirante, unde & nomen accepit, *ἀνὸς ἢ ἀνίπυς* scilicet. Quamvis non sum nescius, eruditos esse auctores, qui hoc nomine flores omnes intelligant in huiusmodi significatum, quod floribus omnibus contingat, spirante vento aperiri. Ad eorum vero quæ pulchra, grata, & amabilia potamus, imbecillitatem in dicendam, Catullus affectus aliquot accidere ait, velut præti ultimi flos prætereunte postquam tactus aratro. Quam sententiam dixisse semel non sat habuit, quare abibi eandem repetit:

Esaiâ 40.
Verè fœnum est populus.

*Ut flos in sepiu secretus nascitur hortis
Ignotus pecori, nulli contusus aratro,
Quem mulcent aura, firmat Sol, educat imber,
Multi illum pueri, multa optavere puella.
Idem cum tenui captus desloruit ungui,
Nulli illum pueri, nulla optavere puella.*

Quem Maro imitatus ait:

Purpureus veluti cum flos suavis aratro *Languescit moriens.*

Eni. li 9.
Herba hieroglyphicâ.

Neque forte importune dixerim, loco hoc herbam in Divinis literis, ut apud Eucherium, hieroglyphicum esse iucunditatis, nonnunquam indicare quædam animæ proficientis rudimenta, quæ mox florem, hoc est, spem, inde semen, hoc est, fructum datura sit. Ad superiorem vero sententiam Hilarius in Matthæum, sub hieroglyphico fœni nomine gentes à Deo sæpe nuncupatas ait: *Germen*, inquit hic, *illud est quod virtutis sua flore dilapso, ad calorem Solis arescit. Igitur requirit nulla gentibus: neque mortis, ut voluit compendia quies dabitur, sed ipsis corporibus etiam æternitas destinabitur, ut ignis æterni in ipsis sit æterna materies, & in universis sempiternis exerceatur ultio sempiterna. Et hoc illud est quod Paulus ait: Omnes quidem resurgimus, sed non omnes immutabimur.*

DE AMARANTHO. CAP. XVII.

DE humana vitæ imbecillitate, bonisque caducis & ante diem ereptis, hæc per florum imagine Aegyptii afferre consueverunt.

IN OFFENSA VALETUDO.

CAP. XVIII.

CONtra vero si quem inoffensa valetudine vixisse corporis ad extremum usque dignitate virtutibusque servatis, hieroglyphicè ostendere voluissent, amaranthi corollam capiti ejus imponere